



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri**

**Erasmus, Desiderius**

**Coloniæ, 1526**

**VD16 E 3030**

80 Distinctionum declaratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34433**



Magister sententiæ, pugnant Erasmo, imo uidentur  
cum ipsis quoque pugnare, & sola uerbi controuersia  
torqueri, contentiones cupidiores quam ueritatis, sicut  
deceat Sophistas. Nam finge mihi Sophistam minime  
malum dasi, cum quo semotus familiari colloquio  
ista conferre & candidum ac liberum iudicium postulare  
in hunc modum. Si quispiam tibi id liberum esse diceret, quod  
sua uirtute non nisi in alteram partem possit, scilicet in  
malam. In alteram uero, nempe in bonam partem, possit  
quidem, sed non sua uirtute, imo alterius duntaxat ius-  
silio, possis etiam tenere risum amice. Nam sic lapis  
dem ut truncum facile obtinebo habere lib. arb. ut quod  
& sursum & deorsum uergere potest, sed ui sua, non  
nisi deorsum, alterius uero solum auxilio sursum. Et  
ut supra dixi, tandem dicemus, inuerso omnium linguarum  
& uerborum usu. Nullus est oes. Nihil est omnia, referens  
do alteri ad rem ipsam, alteri ad alienam quae adesse  
sibi & accidere possit. Sic & lib. arb. nimirum disputando  
tandem per accidens liberum faciunt, ut quod possit liberari  
aliqui per alium. Quæstio autem est pro se & de substantia  
libertatis arbitrii. Hæc si soluenda est, nihil nisi ianis  
uox lib. arb. reliqua fit, uelint, nolint. Deficiunt & in  
hoc Sophistæ, quod lib. arbi. uim discernendi boni a  
malo tribuunt. Item, regenerationem & inuolutionem  
spiritus premunt, ac uelut externe auxilium illud alienum  
illi affingunt, de quo postea. Sed hæc de diffinitione  
satis. Nunc argumenta uideamus, inflata in inanem  
illam uoculam.

80 ¶ Primum est illud Ecclesiastici. 15. Deus ab initio  
constituit hominem. & reliquit illum in manu consilii sui  
Adiecit mandata & precepta sua. Si uolueris mandata  
conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placis  
tam



tam seruare. Apposuit tibi ignē & aquā, ad qđ uo  
lueris, porrige manū tuā. Ante hoīem uita & mors  
bonū & malū, quod placuerit ei, dabit illi. Licet re  
cusare possim iure hunc librū tamen interim reci  
pio. Ne cū iactura temporis me inuoluam disputa  
tioni, de receptis libris in Canone Ebraeorū, quē tu  
nō nihil mordēs ac rides, dum prouerbia Salomō  
nis & Canticum (ut scōmate ambiguo uocas) ama  
toriū, cōparas cum libris duobus Eisdre, ludith, his  
toria Susannæ & Draconis, Esther, quamuis hunc  
habeāt in Canone, dignior oibus, me iudice, q̄ ex  
tra Canonē haberēt. Respōderē uero breuiter tuis  
ipsius uerbis. Scriptura hoc loco obscura ē & ambi  
gua, ideo nihil certū pbat. Nos autē cū in negatia ste  
mus, exigim⁹ a uobis locū pducī, q̄ claris uerbis cō  
uincat, qđ sit & qđ possit liberē arb. Hoc facietis for  
te ad Calēdas grēcas. Quis tu, ut hāc necessitatē fu  
gias, mpta bona uerba pdis, dum sup aristas incē  
dis, recitās tot opiniōes de lib. arb. ut Pelagiū pene  
facias Euangelicū. Item quadruplicem gratiā fin  
gis, ut etiā Philosophis quādā fidē & charitatē tri  
buas. Itē, triplicē illā legē, naturæ, operē, fidei, fabu  
lā scilicet, nouā, ut cōuenire uehemēter afferas Phi  
losophorū p̄cepta Euangelicis p̄ceptis. Tum illud  
Psa. 4. Signatū ē sup nos lumē uultus tui dñe, qđ de  
cognitōe ipsius uultus dei, id est, fide loquit, ad ra  
tionē excæcatā applicas. Quæ si quis Christianus  
omnia conferat, cogetur suspicari, te ludere & ride  
re Christianorū dogmata & religionē. Nā tāta igno  
rantia ei tribuere, qđ sic nostra oīa plustrauit, tāta dili  
gētia & memoria cōseruauit, mihi plane est difficilli  
mū. Sed interim abstinēbo, indicasse contentus, do  
nec



nec occasio sese dignor obtulerit. Quam te oro, mi  
Erasme, ne sic nos tetes, uelut unus illorum, qui dicunt, quod  
uidet nos: neque tutum est in re tanta, uerborum uertutibus  
perpetuo ludere apud quoslibet. Sed ad rem.

81 ¶ Ex una sententia de libe. arb. triplicem fingis,  
dura tibi uidetur eorum, sed tamen satis probabilis, qui  
negant hominem posse uelle bonum sine peculiari  
gratia, negant posse incipere, negant posse progredi,  
perficere &c. hanc probas, ideo quod relinquat  
homini studium & conatum, sed non relinquat, quod  
suis uiribus ascribat. Durior eorum, qui contendunt,  
libe. arb. nihil ualere nisi ad peccandum, solam gra-  
tiam in nobis operari bonum &c. Durissima uero  
illorum, qui dicunt nomen inane esse libe. arb. sed De-  
um tam bona quam mala in nobis operari, meræque ne-  
cessitatis esse omnia quæ fiunt. Aduersus has postre-  
mas profiteris te scribere. Scis etiam quod loquaris,  
Mi Erasme: Tres facis hic opiniones uelut trium se-  
ctarum, quod rem eandem, alijs & alijs uerbis uarie dis-  
sertam a nobis eisdem & unius sectæ professoribus,  
non intelligis. Sed moneam & ostendam tibi oscitantem  
uoluntatem iudicij tui. Rogo. Definitio libe. arb. a  
te data superius, quod quadrat huic prioræ opinioni sa-  
tis probabilis: Dixisti enim libe. arb. esse uim uoluntatis  
humanæ, qua se homo applicare potest ad bonum.  
Hic uero dicis & probas dici, hominem sine gratia non  
posse uelle bonum. Definitio affirmat, quod exemplum  
eius negat, inueniturque in tuo libe. arb. simul. Est &  
non, ut simul nos & probes & damnes, te ipsum quoque  
damnes & probes in uno eodemque dogmate & articulo. An  
putas, non esse bonum, applicare sese ad ea quæ sunt salutis  
æternæ, quod definitio tua tribuit libe. arb. cum nihil sit